Quaestio Medica Quodlib. disputationib. agit. in Schol. Medicorum

die Jovis 23a Novemb. D. Philippo Harduyno de St Jacques D.M.

Moderatore Prudentissimo.

An inter Capitis τρώματα ἐγκέφαλος periculosiora?

Caput animalis facultatis omnium primas domicilium, duas potissimum partes Cranium, et Cerebrum habet, illud est crassum, rarum, rotundum, ossibus septem duabus squammatis omnibus serris habentibus compactum, suturis distinctum, cute pericranioque tectum, et ex fine a natura constratum, In cerebrum sicut salva tuendo continebat hoc cerebro album, flexuosum, medullae quamvis liquefieri nequeat similitudinem gerens, meningibus involutum duabus, quatuorque ventriculos ad spiritum animalium continendum, et elaborandum habens, sed exterius et anterioribus tum dextra, tum sinistra partibus a quibus nervi ad sensum comparati prodeunt copiosi et humidius, interius autem et posterius unde etiam [illegible] motibus dicati nascuntur, siccius, coactius, et densius quas partes cum multiplices sunt, ita pluribus affectibus infestantur.

In eis enim morbus gravibus, et organicis earum partibus continui solutio, quae prout vario variarum causarum modo, sicut ictu, iactu, casu accidit, ita diversa aut simplicia, aut composita fracturarum genera sunt ad exteriorem tantum cranii tabulam, sive interiorem usque, subidim, ῥωγμὴ, θλάσις, ἔσφλασις, ἕδρα sicut et omnium cognitu difficillimam, et idcirco postremum ἀπήχημα (quod in opposita dicitur, vel divulsi vulnerati ossis parte efficitur) sed et de violenta cerebri commotione, sive tela supra calvariae fractura fit, vel intus aliquid vas disrumpatur, aut nervus, aut membrana divellatur; unde gravissimi manant affectus, qui certis superioris variis signis dignoscuntur.

Quocirca si capiti intra vulneratum est potissimum imbecillo, interdici respiciuntur, ipsum carnem mediam et toto affectum et cerebrum una cum meningibus laesum σκότος καὶ δῖνος casus, bilis vomitus, sanguinis per nares auresque effluxus, ἀφωνία, κάρος significant. Et τρώματος speciei innotescit modo, et telo genere quo vulnus inflictum est. ab obtuso enim telo, gravi, duro, et valde librato contusiones, rimae, et effracturae inferuntur. Sed quae illorum priorum latentes sunt atramento et olei immissione etiam explorantur. Non autem specillo quod fodem ex acuto, et incidente telo fieri solitam, et effracturam, rimamque lata inducit. atque rimae cognoscitur si sanguis, vel sanies per ipsum exudat dum compresso ore et naribus aegri buccas inflando spiritus expressionem tentat: vel si strepitum in parte qua fracta est percipi dum hastulas scopas caulem stringit dentibus conatur.

Fractura postquam vulnus non satis grande raso capillitio dilatatur, ac pericranio ab osse separato, linamentis impleatur, sed [illegible] cum cataplasmatis admotis, et corporis evacuatio frigus cavendo intra tres dies calida praestitum et imposito, ferramento vero illito, ac in crassiorum fracturas partem vehementius adacto, laesoque retracto aperitur. atque contusiones, et rimas cum sufficiat sum illis modiolus desquammandi, vel tabula communi. sed illas profundas sicut ἕδρα cum vel ambabus, vel cum sola contusione coniuncta serram [illegible] depostulam. Ex effracturis autem paucas sicut inter sedes simplices, magnas, et latas nullas modiolo indigens. a perto cranio sanguis columbinus, vel rosa liquida infunditur. ac de caeteris vulnus, eo primum quod contusum est in pus verso, catagmaticis, et cephalicis pulveribus curabitur. Caeterum vero cerebri sanguinis missio et brachii vena exteriori occipitis, frontis, linguae, cucurbitularum cervici admotarum, frequens enematis injectio, artuum frictiones vel per initia leviter, capite astringentium, tandemque resolventium usus magnum adferunt adiumentum.

Pueri capitis vulneribus interitum citius quam aetate provecti, et aestate celerius, quam hyeme moriuntur. Quibus autem si cerebrum divisum est membrana dilacerata, et corrupti coloris malum. Cum a febre aestate post septimum, et hyeme ante decimum quartum suborta vulnus decolor et siccum fit, et quod inflammatum est ex ipso moritur, glutinis modo lentescit, ballamentoque similis efficitur, fulvum, sublividum, tum corruptum est nigrum, cariosum et tandem subalbidum evadit, tum in lingua pustulas, convulsio in parte capitis vulneri opposita delirium et apoplexia nascuntur, in propinquo morte. Quas ἐγκέφαλος magis, quam aliarum corporis partium τρώματα sive hae aequalia fuerint, et nonnunquam etiam minora, sed a quibus alioqui moriendum sit contingit. ἐγκέφαλος enim hoc loci cerebrum, et gravissimas laesiones tam carnis, quam ossis sentit cum hae in parte sub ossibus tenuissimis suturas plures, sed carnem paucam habentibus valde copiosum sit.

Igitur inter Capitis τρώματα ἐγκέφαλος periculosiora.

Deffendebat Jacobus Herault Constantinas. 1581.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE

Domini Doctores Disputaturi.

M. Philippus Harduynus de St Jacques Praeses. | M. Antonius Duval. | M. Augustinus de frondebeuf.

M. Petrus de la Biltrade. | M. E. Atragon | M. Joannes le Conte Pr. reg.

M. Gentien de Monantheuil. | M. Lazarus Genot. | M. Claudius Rousselet.